

SACREMENT DU BAPTÊME

PRÉSENTATION DU CANDIDAT

I. Interrogatoire

Autrefois, au début du Carême, les catéchumènes admis aux baptêmes de Pâques étaient inscrits au nombre des “élus”.

Jadis, après un interrogatoire de l'évêque, on procédait à différents rites: exsufflation, signes de croix, imposition des mains, imposition du sel. Toutes ces cérémonies qui accompagnaient l'inscription des candidats se faisaient en dehors de l'église. Actuellement encore, elles doivent normalement se faire à l'extérieur.

Le prêtre interroge l'enfant :

N., quid petis ab Ecclesia Dei ?

Le parrain et la marraine répondent :

R. Fidem.

Fides, qui tibi præstat ?

R. Vitam æternam.

Le prêtre poursuit :

Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata. Diliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et próximum tuum sicut teípsum.

II. Exsufflation

Le prêtre souffle trois fois sur le visage de l'enfant. Ce geste fut celui du Christ pour chasser le démon.

Exi ab eo (ea) immunde spíritus, et da locum Spirítui Sancto Paráclito.

III. Signes de croix sur l'enfant

Ce signe de la croix est le sceau du Christ, rappel de la rédemption, protection du chrétien. Il aidera le baptisé à rendre témoignage au Christ. Avec le pouce, le prêtre trace un signe de croix sur le front et sur la poitrine de l'enfant, en disant :

Accipe signum Crucis tam in fronte, quam in corde, sume fidem cælestium præceptorum : et talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis.

Oraison

Orémus. Preces nostras, quæsumus, Dómine, cleméner exáudi : et hunc Eléctum tuum N. (hanc Eléctam tuam N.) Crucis Domínicæ impressióne signátum(-tam) perpétua virtúte custódi : ut, magnitúdinis glóriæ tuæ rudiménta servans, per custódiám mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam perveníre mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

IV. Imposition de la main

Ce geste d'autorité symbolise la prise de possession par Dieu de l'enfant en même temps que l'appel à la grâce d'en haut.

Le prêtre pose la main sur la tête de l'enfant puis tient la main étendue, en disant :

Orémus. Omnípotens sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respícere dignáre super hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulam tuam N., quam) ad rudiménta fídei vocáre dignátus es : omnem cæcitatém cordis ab eo (ea) expélle : disrúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerat colligátus (-a) : áperi ei, Dómine, jánuam pietátis tuæ, ut, signo sapiéntiæ tuæ imbútus (-a), ómnium cupiditátum foetóribus cáreat, et ad suávem odórem præceptórum tuórum lætus (-a) tibi in Ecclésia tua desérviat, et profíciat de die in diem. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

V. Imposition du sel

Le sel présage la saveur des aliments divins et préserve de la corruption des vices.

Le prêtre met donc dans la bouche de l'enfant un peu de sel béni, en disant :

N., áccipe sal sapiéntiæ : propitiátio sit tibi in vitam ætérnam.

R. Amen.

P. Pax tecum.

R. Et cum spíritu tuo.

Oraison

Orémus. Deus patrum nostrorum, Deus univérsæ cónditor veritátis, te súpplíces exorámus, ut hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.) respícere dignéris propítius, et hoc primum pábulum salis gustántem, non diútius esuríre permíttas, quo minus cibo expleátur cælésti, quátenus sit semper spíritu fervens, spe gaudens, tuo semper nómini sérvíens. Perduc eum (eam), Dómine, quæsumus, ad novæ regeneratiónis lavácrum, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum æténa præmia cónsequi mereátur. Per Christum Dóminum nostrum..

R. Amen.

Cette première partie s'achève sur le souhait du baptême

ADMISSION DANS L'ÉGLISE

Autrefois, le mercredi de la quatrième semaine de Carême, avait lieu le « grand scrutin » : ensemble de cérémonies, fait à la fois de rites préparatoires et d'instructions : exorcisme, signes de croix, imposition des mains, explication de l'évangile, du Credo et du Pater.

VI. Exorcisme

Avant de consacrer l'enfant à Dieu par le baptême, l'Église par ses exorcismes, en chasse le démon. Le prêtre trace trois fois le signe de la croix sur l'enfant, en disant :

Exorcízo te, immúnde spíritus, in nómine Pa✠tris, et Fí✠lii, et Spíritus ✠ Sancti, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N. : Ipse enim tibi ímperat, maledícite, damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergénti déxteram porréxit.

Ergo, maledícite diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N., quia istum (istam) sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedic-tiónem, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est.

VII. Signe de croix

Le chrétien est consacré au Christ ; toute emprise de Satan serait une profanation. Le prêtre trace une croix sur le front de l'enfant, en disant :

Et hoc signum sanctæ Cruꝝcis, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícite diabóle, numquam áudeas violáre. Per eúndem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

VIII. Imposition de la main

Avant d'introduire l'enfant dans l'église, le prêtre lui impose une dernière fois la main, en demandant déjà pour lui toutes les grâces de la vie chrétienne :

Orémus. Ætéarnam, ac justíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, æéterne Deus, auctor lúminis et veritátis, super hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.), ut dignéris eum (eam) illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ : munda eum (eam), et sanctífica : da ei sciéntiam veram, ut, dignus(-a) grátia Baptísmit tui efféctus(-a), téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

IX. Entrée dans l'église

Pénétrer dans l'église est tout un symbole : c'est « avoir part avec le Christ à jamais ». Le prêtre met sur l'épaule gauche de l'enfant l'extrémité de son étole, insigne de son autorité sacerdotale, et l'introduit dans l'église, en disant :

N., ingredere in templum Dei, ut hábeas partem cum Christo in vitam ætérnam.

R. Amen.

X. Credo et Pater

Le Credo - transmis par les apôtres - et le Pater - reçu du Christ - sont la règle de la Foi et la prière du chrétien. Entrés dans l'église, le parrain et la marraine, au nom de l'enfant, récitent à haute voix avec le prêtre le Credo et le Pater :

Credo

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri : per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine : Et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis : sub Pontio Pilato passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia

die, secundum Scripturas. Et ascendit in caelum : sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria, judicare vivos et mortuos : cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, Dominum, et vivificantem : qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur : qui locutus est per Prophetas. Et unam, sanctam, catholicam, et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi. Amen.

Pater

Pater noster, qui es caelis. Sanctificetur, nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.

DERNIÈRE PRÉPARATION

XI. Exorcisme

Le démon est chassé du domaine qu'il usurpait ; le baptême fera de cet enfant le temple de Dieu. Arrivé près de la chapelle où se trouvent les Fonts baptismaux, le prêtre fait un nouvel et solennel exorcisme :

Exorcízo te, omnis spíritus immúnde, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in nómine Jesu ✠ Christi Fílii ejus, Dómini et Júdicis nostri, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti, ut discédas ab hoc plásmate Dei N., quod Dóminus noster ad templum sanctum suum vocáre dignátus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spíritus Sanctus hábitet in eo. Per eúndem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

R. Amen.

XII. Ephpheta

Privilège du chrétien : s'ouvrir à jamais aux choses de Dieu. Le prêtre prend un peu de salive et en touche les oreilles et les narines de l'enfant, comme le fit Jésus lui-même pour guérir le sourd-muet :

Ephphéta, quod est, Adaperíre. In odórem suavitátis. Tu autem effugáre, diábole ; appropinquábit enim júdicium Dei.

XIII. Renonciation à Satan

Renonciation au démon avant l'adhésion au Christ. A ce nouvel interrogatoire, le prêtre interroge, le parrain et la marraine répondent.

Le prêtre interroge l'enfant :

N., abrenúntias sátanæ ?

Le parrain et la marraine répondent :

R. Abrenúntio.

P. Et ómnibus opéribus ejus ?

R. Abrenúntio.

P. Et ómnibus pompis ejus ?

R. Abrenúntio.

XIV. Onction d'huile sainte

Il s'agit de l'onction prébaptismale. Avec l'huile des catéchumènes, le prêtre fait ensuite une onction en forme de croix sur la poitrine et entre les épaules de l'enfant, en disant

Ego te línio ✠ óleo salútis in Christo Jesu Dómino nostro, ut hábeas vitam ætérrnam.

R. Amen.

LE BAPTÊME

Enfin, le samedi saint dans la soirée, au moment où l'Église commençait les solennités de Pâques, les catéchumènes faisaient leur profession de foi. Puis, au cours de la nuit pascale, on plongeait les catéchumènes dans les fonts baptismaux, et après l'onction du saint chrême, on leur donnait la robe blanche et le cierge allumé.

Le prêtre dépose l'étole violette et prend l'étole blanche ; il pénètre dans le baptistère avec le parrain, la marraine et l'enfant.

XV. Profession de foi

La profession de foi reprend les principaux articles du symbole : Dieu en ses trois personnes, la rédemption dans le Christ, la destinée sublime des baptisés

Au Père :

Le prêtre interroge l'enfant :

N., credis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cæli et terræ ?

Le parrain et la marraine répondent :

R. Credo.

Au Fils :

Le prêtre interroge l'enfant :

Credis in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, natum et passum ?

Le parrain et la marraine répondent :

R. Credo.

Au Saint-Esprit :

Le prêtre interroge l'enfant :

Credis et in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem remissionem peccatórum, carnis resurrectionem, et vitam ætérrnam ?

Le parrain et la marraine répondent :

R. Credo.

XVI. Le Baptême

Le prêtre interroge l'enfant :

N., vis baptizári ?

Le parrain et la marraine répondent :

R. Volo.

Ensevelis avec Jésus par le baptême en sa mort, nous ressuscitons avec lui à une vie nouvelle nous dit saint Paul.

Le parrain et la marraine tenant l'enfant, le prêtre verse par trois fois, en forme de croix, de l'eau baptismale sur la tête de l'enfant. En même temps, il prononce les paroles sacramentelles :

N., ego te baptizo in nómine Pa✠tris (*il ondoie une première fois*) et Fí✠lii (*il ondoie une deuxième fois*) et Spíritus ✠ Sancti (*il ondoie une troisième fois*).

XVII. Onction du saint Chrême

Le baptême fait de nous les membres du Christ, l'Oint par excellence ; Christ signifie "celui qui a reçu l'onction". Le prêtre oint la tête de l'enfant avec le saint Chrême, en disant :

Deus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, quique dedit tibi remissionem ómnium peccatórum, ipse te líniat ✠ Chrísmate salútis in eódem Christo Jesu Dómino nostro in vitam ætéram.

R. Amen.

Pax tibi.

R. Et cum spíritu tuo.

XVIII. Imposition du vêtement blanc

Le vêtement blanc symbolise la pureté de l'âme, lavée du péché. Le prêtre place sur la tête de l'enfant un linge blanc, qui remplace la robe blanche que les néophytes portaient autrefois pendant huit jours, en disant :

Accipe vestem candidam, quam pérferas immaculatam ante tribunal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam.

R. Amen.

XIX. Le cierge allumé

Le cierge est le symbole de la foi, lumière du chrétien pour sa vie entière. Le prêtre donne à l'enfant ou au parrain le cierge allumé, en disant :

Accipe lámpadem ardéntem, et irreprensíbilis custódi Baptísmum tuum : serva Dei mandáta, ut, cum Dóminus vénerit ad núptias, possis occúrrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula cælésti, et vivas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

XX. Souhait final

Le prêtre termine en disant :

N., vade in pace, et Dóminus sit tecum.

R. Amen.